

Jam advesperascit | mens mea et labescit | membra
 solvuntur | carnes infirmantur | lumen oculorum |
 deficit aurorum et festinant ossa ut pareatur fossa.
 thesaurisamus | quibus ignoramus | nulla congregantes |
 parva dispensantes. | Nos insensati | sumus elati | et
 festinant fletus ora rigant | etates membra ligant |
 quas nullus homo ^{factus} fructus de limo | potest innovare |
 vel arte delere et festi. Jam enim delirus | mortem-
 que valde | pro nimio dolore | defectus adest vite |
 ultra vivendi | spes non est mihi et festi.
 Heu mihi misero | hanc vitam cito desero | devorat
 me terra | valde tenebrosa | devoratrix regum |
 dominorumque cunctorum. Et festi felix dies
 felix | renatus velud ^{factus} felix | velut solis radio |
 lustratur cordis ^{mentis} intentio | letus ad patriam | redibo
 perpetuam | ad terram tendunt ossa ut pareatur
 fossa.